

IN arma Spectabilis & Magnifici domini, Dñi  
Christofori, Palatini & Capitanei Cracou,  
ac Regni Poloniae Cancellarij, &c.

Iure ferunt Reges, non agnos siue columbas,  
Hæc quæ præda solent, hostibus esse suis,  
Sed gestant aquilas, serpentes atq; leones,  
Imperium quorum, cætera quæq; ferunt.  
Sic auctare uolens, Illustri nomine Cæsar  
Stemma Palatini, Nobile Christophore,  
Hoc fuluum dyadema dedit tortumq; draconem  
Regnis ut Satrapes regia signa gerat.



IN eadem Arma.

Vt quondam e ligno totū mors serpsit in orbem  
Et demum e ligno uita sequuta fuit,  
Sic uelut arx Gracci rabiem tulit ante draconis  
Accipit hoc eadem læta dracone decus,

ARMA IPSA.

Signa sumus celebrata tuæ, Christophore stirpis  
Virtute & meritis, sed magis aucta tuis.  
Per te Magni nos illustri nomine patres  
Vincimus & patrie dicimur esse decus.

*Christofor*  
*grue*

23777

8902